Zochowski **Quietat[io]**

Coram officio et actis praesentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] comparens personaliter
Nobilis Christophorus olim Benedicti Zochowski sanus mente et cor
pore exi[sten]s palam recognovit Quia Nobilem Gregorium olim Samuelis Zo
chowski de poena Bannitionis super ipso ob non solutionem condi
ctionum in Terris Querelarum obtenta quietat et poenam Bannitionis
cassat et annihilat perpetuis ac aeternis temporibus

Rutkowski **Demissio**

Coram officio et actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] pariter comparens
Nobilis Chwiedor olim Andreae Wojnicewski sanus mente et corpo
re exi[sten]s palam ac libere recognovit Quia Nobili Alberto filio
Georgii Rutkowski obligationis suae in bonis Cholody Zalesie
sitae principaliter per Nobilem Thomam olim Adae Magnus
Nobili Sebastiano Magnus in Centum floren[orum] inscriptae tandem
sibi demissae tertiam partem acceptis Triginta Tribus floren[is]
et decem grossis polon[icalibus] demittit et in ipsum ac eius successores
plenarie transfert et transfundit Intromissionem illi earum per
ministerialem et Nobiles duos quosvis offere acceptandam admittendo

**Actum in Curia Regia Branscen[si] Feria
Quarta ante Festum sanctorum Simonis
et Iudae Apostolorum proxima Anno D[omi]ni 1681**

Kosakowski cum Wiel[y]szykowski approbat

Coram officio et actis praesen[tibus] Castren[sibus] Capitan[ealibus] Branscen[sibus] pariter com
parentes Nobiles Mathias olim Pauli Kosakowski in Grzybie haer[es]
ab una et Nobilis Jacobus olim Wenceslai Pietrzykowski in Wier
zbino haer[es] partibus ex alia sani mente et corpore existen[te]s
palam ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo pro
interesse recognovit Quia ipsi Intercisam certam inter se
ratione certarum conditionum de data hic in Bransko die
hodierna id est Vigesima Quinta mensis praesentis conscriptam
et Vadio Quadringentorum floren[orum] polon[icalium] firmatam in omni
bus eiusdem intercisae punctis clausulis articulis et condi
tionibus approbant confirmant ratificant seque omnia
in praefata Intercisa exarata tam in toto quam in qua
libet eius partem tenere adimplere et inviolabiliter
observare se de omnibus bonis tam posteris suis sub[missi]
erunt ac inscribunt sub Vadio Quadringentorum florenorum
in casu alicuius Conditionis per partem alteram [illegible]
ac adsolvendam irremissibiliter succumbendo et [illegible]